



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XXII. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

B. Petrus Damianus multa de laudibus B. Virginis scriptit, pluribus Monasteriis piam consuetudinem officium Deiparæ quotidie recitandi persuasit, ad extrema deductus, ut securius vitam finiret, in Monasterio Deiparæ dicato Cardinalis mori voluit. Non impari Fratrem suum Marinum pietate accendit, hic se fune collo appenso Mariæ mancipium obtulit, & pecuniam annis singulis tributi loco ad Virginis Dominæ suæ altare disposuit. *Surius.* Servire Mariæ regnare est.

Orate pro me SS. Petre & Marine par nobile fratrum, ut me quoque in mancipiorum suorum numerum cooptare dignetur Mater illa clementiæ, quæ nullum despicit, sed accurrentes ad se materno fovet patrocinio. O sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! &c. f. 2.

Ad quod impetrandum pro jurati in cœli dominam servitii tributo aliquid hodie Mariæ offeram, si plus non suppetat, duo certè minuta non deerunt, corpus & anima, quæ ipsa cum Evangelica paupere deponam in gazophylacium cordis Mariani.

Quando Filium Dei in utero concepit & postmodum peperit, dimidiam partem Regni Dei impetravit, ut ipsa sit Regina. *S. Thom. in Præf. ad Ep. canon.*

Quæstio: Ubi Deipara majus exerceat imperium, in cœlo, an in terra?